

Psalmus

CXVIII

difficile intelligunt: etiam si in obscuritate sensus la-
tet: ipsa tamen apparet obscuritas: huius autem nec ip-
sa: quoniam tale prebet superficie: ut lectorem atque
auditorum: non expositorum necessarium habere credat.
Et nunc quod tandem ad tractationem eius accedo: quid
in eo possum prolixius ignorare: Spero tamen ut aliquid
possim affuturum atque adiuturum deum. Sic enim feci
de omnibus quocumque sufficienter cum prius mihi ad
intelligendam vel explicandam difficultatibus ac pene im-
possibilia viderentur exposui. Statui autem per sermo-
nes id agere qui profertur in populis: quas greci
δυσλόγητος vocat. Hoc enim iustius esse arbitror:
ut conuictus ecclesiasticus non fraudetur etiam psalmi
huius intelligentia: cuius ut aliorum delectari a soleat
cantilena. Sed sit huic quoque proemium: Jam de ipso est
loquendum: de quo istuc visum est proloquendum.

Explicit proemium. Incipit sermo
primus de eodem psalmo.

B

Seco. 4. sent.
dist. 49. solet etiam
an qri dicit.

Exordio suo magnus psalmus iste charissi-
mi: exhortat nos ut gramus britudine: quam
nemo est qui non experat. Quis enim unquam
vel potest: vel potuit: vel poterit inueniri: quod esse no-
lit beatus: Quid igitur ea exhortatio opus est ad
eam rem quam sua sponte appetit animus: Nam profe-
cto qui exhortat id agit ut excitetur voluntas eius
cum quo agit ad illud: propter quod exhortatio ad-
hibetur alloquuti. Et quid ergo nobiscum agit ut
velimus quod nolle non possumus: nisi quia omnes
quidem beatitudine concupiscunt: sed quomodo ad eam
perueniat plurimi nesciunt: Ideoque hoc docet iste
qui dicit:

Aleph.

b

De libero arbi-
trio. j. ca. 14.

Expolitio principij istius psalmi.
Beati immaculati in via: qui ambu-
lant in lege domini. Tanquam diceret: Scio
quid velis: beatitudinem queris: Si ergo
vis esse beatus: esto immaculatus. Nil enim omnes:
hoc autem pauci volunt: sine quo non peruenit ad illud
quod omnes volunt. Sed ubi erit quisque immacula-
tus: nisi in via: In qua via: nisi in lege domini: Sic per
hoc: beati immaculati in via: qui ambulant in lege
domini: non superfluo vobis dicitur: sed exhortatio ne-
cessaria vestris meritis adhibetur. Quid enim bo-
ni sit ad quod multi pigri sunt: id est immaculatos
ambulare in via que lex est domini sic ostendit: cum be-
atos esse qui hoc faciunt indicatur: ut propter illud quod
omnes volunt: etiam hoc fiat quod plurimi nollunt.
Beatus quippe esse tam magnus est bonus: ut hoc et
boni velint et mali. Nec mirum est quod boni: propterea sunt
boni: sed illud est mirum quod etiam mali: propterea sunt ma-
li ut sint beati. Nam quisquis libidinis deditus:
ut luxuria stuprisque corrumptur: in hoc malo beati-
tudinem querit: et se miserum putat cum ad sue concu-
piscencie voluptatem leticiamque non peruenit: beatus vero
non dubitat lactare cum peruenit. Et quisquis auaricie
facibus inardescit: ad hoc congregat quicquid modum
ultras ut beatus sit. Quicquid molit inimicorum sanguinem
funderet: quicquid desiderat dominationem: quisquis affe-
ctat crudelitatem suam explere: quicquid alienis cladibus pas-
scit: in omnibus sceleribus beatitudinem querit. Hos
igitur errantes: et vera miseria fallam beatitudinem
requerentes: reuocat ad viam: si audiat vox ista di-
uina: Beati immaculati in via qui ambulant in lege
domini: Tanquam dicens: Quomodo itis: Peritis et nescitis:

Non illac tur qua pgitis: quo puenire desideratis.
Nam utique beati esse cupitis: sed misera sunt: et ad
maiores miseria ducit itinera ista que currit. Tanquam
magnus bonum querere pro malo nolite. Si ad illud pro-
uenire vultis: huc uertite: hac ite: Que puerse relinquit
te malignitatem: qui non potestis relinquire beatitudi-
nis voluntatem. Frustra tendedo fatigamini: quo pro-
ueniendo inquinamini. Non autem beati iniquitati in
errore qui ambulat in pueritate seculi: sed beati in
maculati in via: qui ambulat in lege domini. Quid por-
ro adiungat attendite. Beati qui scrutantur
testimonia eius: toto corde exquirunt eum.
Non mihi videtur aliud his verbis commemoratum be-
atorum genus: quam illud quod ante dictum est. Nam scri-
tari testimonia domini: et cum in toto corde exquirere:
hoc est immaculati in via: et in lege domini abulare. De-
nique sequitur et dicit: Non enim qui operatur
iniquitatem in vijs eius ambulauerunt. Si er-
go ambulantes in via: id est in lege domini: ipsi sunt scru-
tantes testimonia eius: et in toto corde exquirentes
eum: Profecto qui operatur iniquitatem: non scrutan-
tur testimonia eius. Et tamen nouimus operarios in
quitatis ad hoc scrutari testimonia domini: quia malis
docti esse quam iusti. Nouimus et alios ad hoc scrutari
testimonia domini: non quod tam recte viuunt: sed ut sciant
quodmodum viuere debeant. Tales ergo nondum
immaculati ambulat in lege domini: ac per hoc nondum
beati. Quomodo ergo intelligenda est: Beati qui scruta-
rant testimonia eius: cum videmus homines eius
scrutari testimonia non beatos: quia non immacula-
tos: Nam scribe et pharisei super cathedram moysi se-
dentes de quibus dominus ait: Que dicit facite: que au-
tem faciunt: facere nolite: Dicit enim et non facit: uti-
que scrutabantur testimonia domini: ut haberet que dice-
rent bona: quibus facerent mala. Sed hos omitta-
mus. Recte quippe respondebit nobis: quod isti non
scrutatur testimonia domini. Non enim querit ipsa: sed ali-
ud querit per ipsa: id est ut glorificetur ab homini-
bus: vel dicitur. Non est hoc scrutari testimonia dei:
non diligere quod ostendit: et nolle puenire quo du-
cunt: id est ad deum. Nam aut si et ipsi scrutantur testi-
monia dei: quibus non ut ipsi sed ut aliud ex his inue-
niant et acquirant: certe non in toto corde exquirunt
eum: Quod non utique frustra hic additum cernimus. Sci-
ens enim spiritus qui hec dicit: multos propter aliud
non propter quod constitutum est scrutari testimonia eius:
non tantum dicit: Beati qui scrutantur testimonia eius:
sed addidit: in toto corde exquirunt eum: tanquam docens
quodmodum: vel propter quid scrutanda sunt testimo-
nia domini. Denique in libro Sapientie loquitur ipsa sapie-
tia: Querit inquit me mali et non inueniunt: oderunt
enim sapientiam. Quod quid est aliud: quam oderunt me:
Querit ergo me ait et non me inueniunt qui oderunt
me. Quomodo igitur dicunt querere quod oderunt: nisi quia
non hoc sed aliud ibi querunt: Non enim volunt esse sa-
pientes in dei gloria: sed volunt videri sapientes pro-
pter hominum gloriam. Quomodo enim sapientiam non ode-
runt: que iubet et docet continendum esse quod ambu-
lant in lege domini: Beati qui scrutantur testimonia eius:
in toto corde exquirunt eum. Si enim scrutando testi-
monia eius: aut in toto corde exquirunt eum: immu-
culati ambulant in lege domini. Nunquid tamen ille non